



**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

S. Elesbaan C. 27. Octobris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

29.0 CT.

590 *Vita Sanctorum.*  
quis præponitur, inde Archipresbyter, inde Episcopus Placentinus, denique Papiensis etiam renuntiatur, & jam illa olim omnibus supplex manus anulo vestitur, caput omnibus apertum mittatur, doctaque egestas purpurā involvitur. Sed tamen memor fortuna veteris, dum vixit, quinos semper mensæ pauperes adhibuit, totidemque cum magistro suo Musarum clientes, & septem egentes viros nobiles aluit. Atque hi fecere, ut licet virgo FVLCO, pater tunen obiret. *Ex Ferrar.*

S. E L E S B A A N C. 27. Octobr.

**N**ON erubescant Reges in Regem NELESBAANVM intueri, & ex eius vultu, Æthiopis licet, mores tamen suos componere. Bellum illi grave erat cum Rege altero Dunaano Iudaicæ superstitioni addicto. Causæ & DEO fidens purpuram quidem pugnaturus exuit, cæterum ingentes animos induit, quos majores etiam Anachoretæ nescio quis illi fecit, cum, ut sibi DD. Martyrum præsidia (optimas utique auxiliares copias) accerseret, persuasit. His fretus cum in aciem descendisset, et initio laborare hæc videretur, pugnat tamen ad extreum vicit, auspicatissimo D. Gabrielis nomine velut militati tessera tertium in aëre conclamato. Adhæc Superi Dunaanum hostem ita

28. OCT. *Vita Sanctorum.* 591  
delusere, ut veluti fascinatus catenâ  
aureâ, & se & amicos illigatos venien-  
ti ELESBAANO objiceret, quos qui-  
dem victoriz hic sacrificaturus eodem  
ferro omnes immolavit. Sed nunc  
triumphum specta Lector. Hunc ecce,  
triumphali coronâ Hierosolymâ missâ,  
ELESBAANVS saccum non togam-  
pamatam induit, & solus obscurâ  
nocte in montem proximum ducit; ca-  
sam non Capitolium subit; vota victor  
yovet nunquam inde egrediendi; jann-  
que triumphales epulas pane nudo,  
herbis ac fontanâ continuat, nulli ho-  
minum visus, uni sibi & Superis notus.  
Nihil hæc ad meos triumphos, ait Ro-  
mulus. Sed sic triumphanti cælum ap-  
plausit. *Ex Metaph.*

S S. SIMON & IVDAS A.P.

28. Octobr.

Vi primùm debellandum sibi or-  
bem Apostoli sumpserunt, aliis alio  
moventibus, SIMON in Ægyptum,  
IUDAS verò THADDÆVS frater SI-  
MONIS in Mesopotamiam expeditio-  
nem adornavit. Subactis iis provinciis,  
in Perside copias junxerunt, missâque  
iterum sub jugum CHRISTI innumerâ  
multitudine, demum uno eodemque  
tempore de morte ambo fratres triun-  
pharunt, quod spectaculum ne Romæ  
quidem toties triumphanti obtigit.

Pp. 4 Porro